

## Vasilīsa pulcherrima fabula Russica

In Russiā habitat mercātor, quī habet pulcherrimam filiā. Nōmen filiae est Vasilīsa. Māter Vasilīsaē eam multum amāvit et eam facere vestimenta docuit. Sed mox māter aegrissima fit. Moriēns, māter Vasilīsaē pūpam dat et inquit, "Sī in periculō es, dā pūpae cibum."

Post paucōs annōs, pater Vasilīsaē alteram fēminam in mātirimōnium dūcit. Noverca habet duās filiās. Filiae nōn sunt pulcherrimae. Quod pater est mercātor, saepe nōn est domī. Noverca Vasilīsam ōdit et cogit eam laborāre multum. Noverca vult labōrem facere Vasilīsam turpem.

Vasilīsa est misera et dat pūpae cibum. Subitō pūpa surgit et incipit labōrāre dum Vasilīsa dormit. Multōs annōs pūpa labōrat et Vasilīsa pulcherrima manet.

Mox multī virī veniunt domum Vasilīsaē et dūcere eam in mātirimōnium volunt. Virī dūcere filiās novercae nōn volunt. Noverca irātissima erat et familiam in casam prope silvam movet. Noverca et filiae Vasilīsam odērunt et eam abesse volunt.

Quādam nocte, noverca inquit, "Vasilīsa, nōn habēmus candēlās. In silvā habitat fēmina quae candēlās habet. Ī in silvam et cape candēlam."

Vērō in silvā habitat venēfica, nōmine Baba Iaga. Baba Iaga liberōs edit. Noverca vult Babam Iagam Vasilīsam interficere.

Iam Vasilīsa silvam intrat. Perterrita est. Subitō Vasilīsa album virum in albō equō videt. Post multās horās, Vasilīsa rubrum virum in rubrō equō videt. Tandem, ātrum virum in ātrō equō videt. Āter equus ad mūrūm currit et super mūrūm salit. Post mūrūm est casa. Subitō vir et equus ēvanescunt. Vasilīsa domuī appropinquāre incipit, sed, dum appropinquat, in mūrō videt calvāriās, lūcem emittentēs. Casa stat in crūribus gallī.

Vasilīsa sē vertere incipit, sed fēmina senex post eam stat. Fēmina clāmat, "Puella, quis es tū?"

Vasilīsa celeriter respondet, "Vasilīsa sum! Quaesō, candēlam quaerō."

"Candēla?" Baba Iaga rīdet. "Mihi nōmen est Baba Iaga. Casam meam intrā!" Babam Iagam ad casam sequēns, Vasilīsa inquit, "Rogātum habeo."

Baba Iaga celeriter ad Vasilisam sē vertit et braccium capit. "Rogā, puella, sed cavē! Sī rogātum est improbum, tē dēvorābō!"

Vasilisa perterrita parvā vōce inquit, "D...dum in silvā ambulō, trēs virōs in equīs vīdī. Quī sunt?"

Baba Iaga nōn iam rīdet. Rogātum nōn dē Babā Iagā vel domū eius erat et nōn erat improbum. Baba Iaga respondet, "Albus est māne. Ruber est diēs. Āter est nox."

Baba Iaga iam inquit, "Quod respōnsī ad rogātum tuum, aliquid mihi faciēs. Habeō magnum vās plēnum miliī." Vasilisa in vāse spectat. Dīmīdium miliī album est, dīmīdium ātrum. "Redībō manē. Hāc nocte, necesse est sepārāre album ab ātrum. Sī nōn, tē dēvorābō." Dēinde exit et iānuam claudit.

Vasilisa incipit lacrimāre quod nōn potest sepārāre omnem mīlium. Subitō Vasilisa pūpam videt et dat pūpae grānum miliī. Pūpa inquit, "Dormī. Omnia erunt meliōra māne."

Māne Vasilisa surgit et casam videt. Mīlium sepārātum est! Subitō Baba Iaga redit.

"Puella!" Baba Iaga clāmat. "Quōmodo fēcistī!?"

Vasilisa respondet, "Amōre mātris."

"Amor?" Baba Iaga respondet. "Fūfae! Domū meā abī!"

Vasilisa celeriter domū discēdit, sed, antequam in silvam redit, calvāriam ē mūrō capit. Lūce calvāriae, Vasilisa viam per silvam invenit et domum advenit. Noverca et filiae Vasilisam vident et sunt attonitae. Postquam puella discessit, ignēs extinctī sunt et nēmō novum facere potuit. Noverca et filiae in tenēbrīs sedēbant, frīgidae et perterritae.

Noverca ad Vasilisam clamāre incipit, sed subitō, calvāria lūcem maximam emittet et iam flāmmās. Flammae novercam et filiās dēvorant et interficiunt.

Vasilisa domū et oppidō discedit. Post paucōs diēs, prope viam casam videt et ianuam pulsat. In hāc casā habitat bona fēmina. Fēmina sīnit Vasilisa in casā maneat.

Postridiē, Vasilisa facit vestimenta pulcherrima et dat fēminae vestimenta. "Vēnde haec," Vasilisa inquit. Fēmina nōn vēndit, sed Caesārī dat.

Quod vestimenta sunt pulcherrima, Caesar invitat Vasilisam ad aulam. In aulā, filius Caesāris, vidēs Vasilisam, est captus amōre et eam in mātirimōnium dūcit.